

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-547668-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-547668-p0002-1

18 6.

cAct. Cap. I. ז. אל בנה

DISQUISITIO HISTORICA DE VESTIGIIS PEDVM CHRISTI IN MONTE OLIVETI.

Quam,

AVSPICE CHRISTO,

ET

PRÆSIDE

SAMUELE ANDREÆ,
S.S. Theologiæ Doctore, ejusdemque Extraordinario, Histor. & Eloqu. Ordinario, Professore, ac Bibliothecario,

In Auditorio Philosophorum,

Calendis Septembris, horis antemeridianis,

Publicæ ac placidæ disceptationi submittit

JOH. HENRICUS WETZELIUS,
MARPVRGENSIS.

MARBVRGI CATTORUM,
Typis SALOMONIS SCHADEWITZII, Acad. Typogr.
Anno CIↃIↃCLXXVI.

238.

VIRO Nobilissimo,

Consummatæ Doctrinæ laude, Medendi dexteritate, Famæq; celebritate conspicuo.

DN. MICHAELI ANGELOCRATORI,

Medicinæ Doctori celeberrimo,

nec non

SERENISSIMI HASSIÆ PRINCIPIS

Archiatro & Medico Aulico,

Cognato suo æternùm colendo.

Disquisitionem hanc historicam

ingenuâ devotione offert:

ac

ne accepisse liberius tot in se collata beneficia videatur,

quàm acceptorum memoriam agnovisse

in

publicum debendæ usq; & usq; gratitudinis Monumentum

ast

certius ingentis debiti Monimentum

cum devoto omnigenæ felicitatis voto

submissè statuit

Johannes Henricus Wetzelius.

I. N. D. N. J. C.

DISQVISITIO HISTORICA DE *VESTIGIIS PEDUM CHRISTI IN MONTE OLIVETI.*

NEmo est rerum intelligens quem fugit, inter illas artes quas ad quæstum vertit superstitio, & quibus plurimum devotionis hodie in Communione Romanâ innititur, haud esse postremam, insanam istam vendi-tandi reliquias libidinem, quæ locis quibus-dam majorem sanctitatis opinionem, & hinc peregrinationibus pseudo-religiosis frequen-tiam conciliavit, non sine uberrimo proventu hinc ad illos redun-dante, quorum intererat, *pias* hujusmodi (vel impias potius) *fraudes* tegi obtentu pietatis & injecto religionis metu foveri.

II. Hæc autem quorsum excreverit tandem, quàm diffusa fue-rit per orbem, quâ ratione abjecto quasi penitus pudore, finxerit contraria & prorsus incredibilia, tum experientia loquitur, tum in-ter alios quoque *Calvinus* noster luculento *de reliquiis* tractatu con-firmavit. Ex quo discas licet, verè hîc quoque obtinuisse illud He-bræorum, שבשתא כיון דעל על, nec modum fingendi fuisse ullum, quamdiu sufficiebat præsidium à sola audacia petere, & im-pudenti asseveratione atque miraculis, somniis & revelationibus, hæ-sitantes terrere, licèt postmodum reperti qui exornandis istis com-mentis ingenium impenderint & strepera tectoria linguæ accom-modarint.

III. Dabimus ejus nunc specimen quoddam in illâ *de vestigiis pe-dum Christi in monte Oliveti* traditione, antiquâ, ex ipsis S. Literis

confirmatâ, quæ inter tot alia peregrinationis Hierosolymitanæ spectacula, non minimum est venerationis objectum, magnis authoribus asserta, sed infirmo admodum stans talo, & erroneæ cuidam opinioni inædificata, quam detegere & simul falsitatem istius persuasionis demonstrare, animus est.

IV. Quod ut ordine fiat & eo magis perspicuè, ipsam prius traditionem explicabimus, & quæ præsidia isti, sive ab authoritate, sive à ratione petantur, indicabimus. Dehinc revocabimus hæc omnia ad calculum, factâ authoritatum collatione nostramque ἐπίκρισιν subjiciemus.

V. Ipsam ergo ante omnia traditionem quod attinet, summa ejus huc redit, *benignissimum Servatorem in illo suo triumpho, quando in cœlum spectantibus discipulis ascendit, loco unde sublatus est, impressa reliquisse vestigia beatissimorum pedum, atque hæc nullis potuisse casibus aboleri sed etiamnum conspici & locum ascensus exactè designare.*

VI. Audiamus (ut major fides sit narrationi) Cardinalem *Baronium*, enarrantem hæc simul & testimoniis Veterum confirmantem prolixiùs, integrumque locum oculis subjiciamus. Sic autem ille in *Annal. ad Ann. 34. num. 232. 233. & 234.* Egregium planè monumentum suæ ad cœlos ascensionis Dominus Redemptor noster non modò suis Apostolis, sed posteris quoque spectandum reliquit; nimirum suorum sacrorum pedum terræ impressa vestigia. De his olim Zacharias *f* Propheta intellexisse videtur, cùm Propheticè hæc locutus est: *stabunt pedes ejus in die illa supra montem olivarum, qui est contra Hierosolymam ad orientem.* Secundùm hujusmodi situs rationem, eam consuetudinem ad posteros esse dilapsam, ut Christiani ad Orientem conversi precarentur, Athanasius *g* auctor est. Quod verò ad impressa vestigia Domini pertinet, hæc apud Hieronymum: *h Mons Oliveti ad Orientem Hierosolymæ, torrente Cedron interfluente, ubi ultima vestigia Domini humo impressa, hodieque monstrantur. Cumque terra eadem quotidie à credentibus hauriatur; nihilominus tamen eadem sancta vestigia pristinum statum continuò recipiunt. Denique cùm Ecclesia, in cujus medio sunt, rotundo*

f Zach. 14. g Athanas. lib. quæst. q. 14. h Hier. de locis Hebr. Act. Apost.

tundo schemate & pulcherrimo opere conderetur; summum tantùm cacumen, ut perhibent, propter Dominici corporis meatum nullo modo contegi & concamerari potuit, sed transitus ejus à terrâ ad cœlum usque patet apertus. hæc ibi auctor. Quæ etsi satis testata sint; tamen quoniam (juxta illud Evangelicum) *in ore duorum aut trium stat omne verbum*, haud gravabimur hîc item intexere, quæ alii antiqui Patres de eâdem re scripsere. Ad ea enim allusisse videtur Optatus *i* Milevitanus, qui cùm meminit de ecclesia Orientali, inter alia; *Ibi*, inquit, *ejus sancta sunt expressa vestigia.*

VII. S. Paulinus *k* Nolanus Episcopus ad Severum scribens, eadem fusius testatur his verbis: *Mirum verò inter hæc, quod in basilica Ascensionis, locus ille tantùm, de quo in nube susceptus ascendit, captivam in suâ carne ducens captivitatem nostram, ita sacratus divinis vestigiis dicitur, ut nunquam tegi marmore aut paviri receperit, semper excussis sole respuente, quæ manus adornandi studio tentavit apponere. Itaque in toto basilicæ spatio solus in sui cespitis specie virens permanet: & impressam divinorum pedum venerationem calcati Deo pulveris perspicua simul & attigua venerantibus arena conservat: ut verè dici possit: Adoravimus ubi steterunt pedes ejus.* hactenus Paulinus: quæ accepit à Melania illustrissima ac spectatissima fœmina, cùm Hierosolymis Romam illa rediens, apud eum, Nolam veniens, divertisset. Rursum & *l* Sulpitius Severus in hæc verba: *Illud mirum, quòd locus ille in quo postremum institerant divina vestigia, cùm in cœlum Dominus nube sublatus est, continuari pavimento cum reliqua stratorum parte, non potuit: siquidem quæcunque applicabantur, insolens humana suscipere terra respueret, excussis in ora apponentium sæpè marmoribus. Quin etiam calcati Deo pulveris adeò perenne documentum est, ut vestigia impressa cernantur: & cùm quotidie confluentium fides certatim Domino calcata deripiat, damnum tamen arena non sentiat: & eadem adhuc sui speciem, velut impressis signata vestigia terra custodit.* hæc Severus.

VIII. Auget sanè miraculum, quod cùm eodem in loco, (ut superius Josepho auctore monstravimus) Romanus exercitus sub Tito castra metatus est, Hierosolymam obsessurus, non tantùm

i Optat. contra Parm. lib. 6. *k Paul. ad Sev. epi. 11.* *l Sever. Sacr. hist. lib. 2.*

(ut in talibus accidere consuevit) levi terræ toties percalcatæ impressa non potuissent remanere vestigia, sed nec si certè lapidi fuissent insculpta, eadem aliqua ex parte integra apparuissent. Porrò hujusmodi miracula edita in monte Oliveti in loco Ascensionis Domini, non dictorum tantùm auctorum tempore cunctis perspicua permanebant: sed post septingentos ferè annos eodem statu perseverasse, Beda, *m.* dum de his agit; his verbis significat. *In ejus summo vertice, ubi Dominus ad cœlo. ascendit, ecclesia rotunda grandis ternas per circuitum cameratas habet porticus desuper tectas. Interior namq; domus, propter Dominici corporis meatum, camerari non potuit, altare ad orientem habens augusto culmine protectum, in cujus medio ultima Domini vestigia, cœlo desuper patente, ubi ascendit, visuntur: quæ cum quotidie à credentibus terra tollatur. nihilominus manent, eandemque adhuc speciem sui, velut impressis signata vestigiis, servant.* & post nonnulla: *In die ascensionis Dominicæ per annos singulos Missa peracta validi flaminis procella de sursum venire consuevit, & omnes qui in ecclesia fuerint, terræ prosternere. Tota illa nocte lucernæ ardent, ut non illustrari tantùm, sed & ardere mons & supposita loca videantur.* Hucusque Beda. Porrò lapidem illum, qui Domini continebat impressa vestigia, Christianæ fidei hostium invidia inde sublatum, in porta orientali ejus Ecclesiæ ab iis clausa positum esse, recentiores *n* qui eadem loca sancta descripserunt, testati sunt. Hæc *Baronius.*

IX. Audiamus verò etiam alios peregrinatores ἀυτόπλας quorum Itineraria nunc ad manus, magnam partem in unum volumen collecta & sub titulo Reißbuch des heiligen Lands/ edita Francofurti ad Mœnum apud Joh. Saur anno 1609. in fol. In quibus recensendis ordinem temporum sequemur quo Palæstinam adierunt, ut sic eo melius appareat, quomodo hæc traditio sua habuerit decrementa & incrementa & quàm parum inter se consentiant illi, qui se hæc coram inspexisse referunt & magnâ veneratione observasse.

X, Primus sit *Iohannes de Montevilla* seu *Mandevyle* Anglus, vir ordinis equestris, qui (ut *Vossius de Hist. Lat. lib. 3. c 2.* narrat) cupidine ductus exteras terras videndi, amplo viatico instructus anno 1332 peregrinari cœpit: ac Africam & Asiam permensus post annos 34 domum rediit, & totidem annorum itinerarium edidit; in quo refert,

m *Beda de loc. sanct. cap. 7.* n *Burch. part. 1. c. 7. & alii.*

fert, quæ miranda apud Ægyptios, Arabas, Persas, Græcos, Illyres Tartaros, multasque alias gentes, vidisset. Extat id non solùm tribus linguis, uti *Wernerus Rolevinck in fasciculo temporum* notat, sed pluribus, Latinè, Anglicè Gallicè, Italicè, Germanicè, & Belgicè. Atque hoc ipsum est quod designare arbitror *Abarbanelem*, quando *præfat. in Ezechiel.* sic scribit: הנה ראיתי ספר אחד אשר כתב פרש אחד גבור ואיש מלחמה שיצא מאי קצה הארץ הנקרא׳ אינגלט׳ירה והלך ברוב ישוב בני אדם וכתב כל מה שראה ויספר ענין קבורת יחזקאל וכנסתו בדרך כלל מסכים לדברי הר׳ בנימן ושם האיש מושן גוא׳ן די מונדר׳בילא׳ h. e. *Ecce vidi librum quendam quem Eques alicujus potens & strenuus conscripsit, qui extremâ orbis Insulâ, quæ Anglia vocatur, egressus, multas orbis habitabilis partes peragravit, & quicquid viderat notavit, de sepulchro etiam Ezechielis ejus q; synagoga sic agens ut in genere conveniat cum istis quæ R. Binjamin habet. Nomen autem viri hujus antiqui est Goan di Munderbila.* De vestigiis ergo istis hic *Ioh. de Montevilla* ita refert *lib.* 1. versionis Germanicæ quam *Otto à Demeringen* Canonicus Metensis adornavit, *part.* 1. *Vol. etc. p.* 776. Olivet ist ein berg/ ligt außwendig Jerusalem/ aber nicht fern. Da siehet man ab dem berg in alle gassen zu Jerusalem. Und auf demselbigen berge fuhr unser HErr zu Himmel/ und stehet noch ein lincker fuß gedruckt gar eigentlich in einem stein/ darauf er stunde; dann da er den rechten fuß aufgehaben hette/ und sich mit dem lincken fuß aufgesteuert/ blieb des lincken fußstapffen nach ihm stehen in dem stein. Und stehen viel kirchen und Capellen darbey.

XI. Secundus sit *Rudolphus, Pastor Ecclesiæ Parochialis Suchensis in Westphalia* qui anno 1336. in Orientem profectus, per 14. annos in istis regionibus ad annum usq; 1350. versatus itinerarium edidit, & *Balduino de Steinfort, Episcopo Paderbornensi*, inscripsit. Ex cujus præfatione dubitari posset, annon in numero erratum sit, & pro 1350. potius 1340. legendum, cùm solùm referat, se in quintum usque annum in istis partibus orientis apud Reges, Principes, Nobiles, de die & nocte fuisse. Quæ autem de monte Oliveti & vestigiis istis scribit, sic habent *pag.* 847. *Volumin. cit. part.* 1. Nahe bey Jerusalem gegen Aufgang ist der Oelberg/ den man jetzt den Lichtberg nennet/ und unterscheidet ihn von der Stadt nichts denn das Thal

Josa-

Josaphat/ welcher auch so hoch daß man die gantze Städt übersehen kan/ wird darum der Oelberg genent/dieweil viel ölbäum da gewachsen/darnach auch der Lichtberg/denn zu nacht auß dem Tempel geben die Lichter einen widerschein / und sind die zwo porten zu Jerusalem/ die eine gegen Aufgang/die ander gegen Niedergang/ allzeit beschlossen. Dann zwischen der Stadt und dem berg ist das thal Josaphat/ welches so tieff/daß man in dem auf-und absteigen viel müh und arbeit mit händen und füssen thun muß/ das ein unter den zweyen wird genennt die gülden Port/ und auf dem Oelberg stehet ein Kirch die heist zu Sanct Salvatorn / da der Herr Christus über viertzig tag nach seinem leiden ist aufgefahren gen Himmel/ dannenher er wiederkommen soll zu richten die lebendigen und die todten. In dieser Kirch siehet man auf den heutigen tag die fußstapffen Christi. Man list auch daß als die Christen die Kirchen erstlich gebaut/ und den boden mit steinen besetzet/ so offt sie an den ort kommen da Christus seine fußstapffen gesetzet und stein darauf gelegt/ seyen sie allezeit wieder herauß gesprungen/ und also die fußstapffen Christi/daß man sie wohl sehen kan blieben/und diese Kirch stehet oben auf. Es stehet auch ein andere Kirch auf dem Oelberg/ welche jetzt zerstört ist/ da Christus die Stadt angesehen und über sie geweinet. Eben an dem berg ist auch ein kleiner Hoff/das man Galileam nennet/von welchem die Schrifft redet/ da die Jünger allzeit beyeinander gewohnet haben. Das ist das Galilea davon gesagt / er wird euch fürgehen in Galileam. Es ist aber auch ein ander Galilea eine gantze Landschafft / welche drey tagreisen von Jerusalem ligt. An diesem berg sind auch viel wohnungen der Heiligen und Bethäuser.

XLI. Tertius est *Bernhardus à Breitenbach*, Camerarius & Decanus Moguntinus, qui cum *Iohanne Comite Solmensi*, *Philippo à Bicken* Equite aliisque anno 1483. in Orientem abiit & redux factus quæ observarat descripta Itinerario edidit. Is de monte Oliveti agens sic inter alia *Volum. cit. part.* I. *pag.* 112. fatur. Zuletzt kamen wir auf die höhe des berges/da ist ein Kirch erbauet/ an dem ende da Christus zu Himmel fuhre/ in beywesen seiner Jünger/ und ihn ein wolcken empfieng vor ihren augen. In derselbigen Kirchen am eingang ist ein stein/ darauf unser HERR stund da er zu Himmel fuhre/ da siehet man noch sein fußstapffen in den stein gedruckt/ besonder des rechten fuß.

fuß. Diese stätte der Auffahrt unsers HErrn ist drey gemeiner welscher meilen weit von Jerusalem.

XIII. Quartus occurrit Frater *Felix Fabri*, Lector & Concionator in cœnobio Prædicatorum Ulmæ, qui eodem anno 1483. *Iohannem Werli de Zimber* & *Henricum de Stôffel* Liberos Barones atq; *Iohannem Truchses de Waldpurg* ac *Bernhardum de Rechberg in hohen Rechberg* Equites, in orientem, ut ipsis à sacris esset, comitatus, fusè observata etiam ad minutias usque notavit in *Itinerario* quodam, quod isti volumini quoque insertum cujus meminimus, ubi *part.1.pag.254.* hæc legas. Und damit giengen wir fürbaß / und von Galilea kehrten wir uns umb und schlugen zu der rechten hand / auf den grad des Oelbergs eben weit / und kamen zu einer grossen halb zerbrochnen Kirchen / die auf dem höchsten des Oelbergs liegt. An dem ort ist die heilige stätt / da Jesus Christus in angesicht seiner Mutter und der Jünger auffuhr gen Himmel. Also sind wir in die Kirchen gangen / und mitten in der Kirch stehet ein hübsche Capellen / mit gehauenen steinen. In der Capell ist das ende / da JEsus stund da er auffuhr / und der stein da er aufstund / als er auffahren wolt / der liegt noch da / in dem man eigentlich noch siehet die fußtritt beyder füssen / besonder doch von dem gerechten fuß. An der heiligen stätt waren die Bilgrim fast andächtig / von der grossen würdigkeit der Stadt / denn da ist Christus JEsus gestanden als er auf wolt fahren. Da an derselbigen stätt wird der Endchrist von Michael dem Ertzengel ertödtet werden. Und an dem ort wird stehen der Richtstuhl Christi / auf dem er den Sententz der ewigen behaltung oder der ewigen verdammung wird geben über alle menschen kinder. Die Kirche an dem ort ist ein groß Münster gewesen / und ein Kloster daran mit einem einfältigen Abt / und mit München des schwartzen Ordens / und brennten allzeit so viel Ampeln und Liechter in der Kirchen / daß die Hald des Oelbergs und das Thal Josaphat / und der Berg des Tempels / und das förder theil der Stadt Jerusalem / mit dem Tempel zu nacht erleuchtet worden von dem glast / der auß den fenstern des Münsters glast. Dargegen stehet Salomonis Tempel / in dem auch zu denselben zeiten so viel liechter brennten / daß es glast gab zu nacht / biß hinüber an den Oelberg / damit es nimmer so finster ward / daß man nicht sehe zu gehen in den thal Josaphat. Und noch heute diß tags / so brennen die Hey-

den so viel Ampeln in Salomonis Tempel/ daß sie glast geben hinüber an den Oelberg/ und wenn einer zu nacht an dem Oelberg ist/ und gegen den Tempel überhin siehet/ so ist es eben/ als wenn einer ein Latern zu nacht sihet/ die voll klares Liechts ist/ das hab ich offt wargenommen/ so ich zu nacht an dem heiligen Oelberg war. Aber die Liechter des Münsters der Auffahrt Christi sind leyder erloschen/ und die Kirche elendiglich zerbrochen/ und haben die Heyden hinden an das Münster ein Dorff gebauet/ und etliche häuser und stelle in die Kirche gesetzt/ doch so ist ein mäuerlein durch das halbe Münster gezogen/ damit es noch halb leer stehet und die Capell in denen die Fußtritt Christi seind/ ist gantz unversehrt/ bey der ist allweg tag und nacht/ ein alte Christen Frau von den Gorgiten/ die zündet die Ampeln an in der Capelle/ und bettelt öhl dazu. In der Kirchen hab ich Meß gesungen und gelesen/ nachdem als die Bilgrim hinweg kamen und offt allein drinnen gewesen. Doch so stehet allweg gemeinlich für der thür ein Heyde mit eim bengel/ und wer hinein wil/ der muß ihm etwas geben. Mit dem Heyden hab ich und die andern Bilgrim viel zancks und gehaders gehabt.

XIV. Quintus sit author anonymus qui tanquam interpres in comitatu *Alexandri Comitis Palatini ad Rhenum*, *Comitis in Veldentz* ejusque affinis *Ioh. Ludovici*, *Comitis Nassoviæ Saræpontani*, anno 1495. in Orientem abiit, & quæ viderat ac observarat notavit. Hic de locis sanctis montis Oliveti agens *Vol. cit. Part.* 1. *pag.* 72. his verbis traditionem illam de vestigiis pedum Christi attingit. Item/ auf der höhe des Oelbergs ist ein berg da unser HErr zu Himmel gefahren ist/ und daselbst in mitte der Kirchen auf einem stein gestanden/ da nochmahls die form oder gestalt seines rechten fuß in demselben stein stehet/ als ob es in ein weich Erdreich gedrücket were. Allda muß ein jeglicher Pilgram geben so er darein gehet/ fünff mucketen.

XV. Succedat sextus, nempe *Bartholomæus de Saligniaco*, Apostolicæ sedis Protonotarius & Eques auratus, Gallus, qui anno 1522 Palæstinam peragravit, & *tomis* seu *libris* 10. quæ notaverat breviter complexus fuit sub titulo *Itinerarii Hierosolymitani*, cujus exemplar *anno* 1587. editum habeo. Quantâ hic veritatis præsumtione scripserit, ex *proëmio* colligitur, ubi hoc ceu operis argumentum commendat. *Sit* (inquit) *narrationis scopus iste: Itinerarii in terram sanctam brevis & fidelis descriptio, in qua nec dubia, nec nenias, aut*

sermo-

sermones gerris (ut dicitur) Siculis vaniores, sed vera, sancta, experta complectar, non pomposo verborum fastu, sed simplici & intelligibili stylo, quibus fides indubia, citra periculum veritatis possit & debeat adhiberi. Quid verò hic tantus veritatis præco de istis vestigiis, de quibus disquirimus? *Hinc, hinc* (ait *Tom. 9. cap. 3.*) *sequenter in altioribus montis sacri est locus (heu nos miseros mortales) non citra lachrymas referendus, locus in quo pientissimus ille generis humani salvator, Messias, Emanuel, Iesus Nazarenus, post patratam mundi salutem spacio annorum triginta trium, post declaratum resurrectionis altum mysterium quadraginta diebus, præsente schola militantis Ecclesiæ, firmatis Evangelii legibus, videntibus amicis in altum elevatus est, & suscipiente nube, extenta ad benedictionem manu, valedicens amicis, pius victor alta cœlorum penetravit, missis duobus viris, qui in veste alba desolatam scholam consolarentur dicentes: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum? hic Iesus, qui assumptus est in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. In tanti mysterii æternam memoriam visuntur glorioforum Iesu pedum vestigia petræ impressa: exstitutque olim templum tanta memoria dignum, nunc proh pudor diruptum & eversum. Rem dicam, fidelis lector, omnibus perfidis admirandam, nullis fidelibus dubiam, à loco vestigiorum benedicti Iesu suspicientibus in cœlum, linea velut perpendiculari apertura quædam æthereæ regionis luminosa apparet, paterie hinc inde cœlo velut consciissis marginibus. Quamobrem putas Christiane frater? nisi ut pateat Christi famulis via, quâ glorioosus Dominus Iesus olim ingressus est. Quod si ad latum (ut dicitur) unguem locum mutaveris, via tibi clauditur cœlestis visionis.*

XVI. Septimus est *Daniel Ecklin* Aroviensis, artis Pharmaceuticæ Studiosus, qui anno 1552 in orientem profectus, subsequente fuit reversus. Hic de iisdem vestigiis ita breviter *Vol. cit. part. 1. p. 755.* Auf dem höchsten gipfel des Oelbergs ist unser lieber HErr JEsus Christus gen Himmel gefahren/ und siehet man die warzeichen seiner füssen, wie er gestanden/ den rechten siehet man viel scheinbarer und heyterer dann den lincken.

XVII. Octavus erit *Melchior à Seydlitz*, Nobilis Silesius, qui postquam unà cum *Wolfgango ab Oppersdorff*, *Nicolao à Reidburg* & *Mauritio ab Altmanshausen* Carolo V. Imperatori in Italiâ militasset,

iisdem comitibus in Orientem profectus fuit anno 1556. & ad instantiam incolarum pagi cujusdam prope Joppen, unde triremes Melitensium 70 circiter homines tum abduxerant, captivus detentus, hinc Damascum, inde Constantinopolin missus, post triennii ferè captivitatem, intercedente apud Solimannum Legato Gallico, demum anno 1559 unà cum illis liberatus, itinerarium edidit, cujus *cap.* 6. *Vol. cit. part.* 1. *pag.* 474. hæc legimus. Von dannen kamen wir an die stett/ zu einem grossen Stein/ darauf unser Seligmacher als er gen Himmel gefahren gestanden/ auf den die tritt der füsse des HERRN auf heutigen tag gesehen werden. An gedachtem ort/ so fast mitten auf dem Oelberge/ ist vorzeiten/ wie wohl zu sehen/ eine schöne Kirche gewest/ jetztmahls nicht mehr denn eine Capelle über gemeldtem Steine vorhanden.

XVIII. Nonus præstò est *Iohannes ab Ebrenberg*, qui eodem tempore nempe anno 1556. cum aliis Nobilibus Palæstinam, sed feliciore successu, adiit, & in brevi suo *Itinerario*, non omisit vestigiorum horum mentionem, ita narrans *Vol. cit. part.* 1. *pag.* 513. Darnach 50. paß fort/ ist der fleck Bethphage/ da Christus die zween Jünger sandte um den Esel/ 30. Paß fort/ auf den Berg Oliveti/ auf der rechten hand seyn wir in die Kirchen gangen/ da unser lieber Herr Jesus Christus ist zu Himmel gefahren/ hat ein Person bezahlen müssen ein halben Medin dem Türcken/ und wenn man hineingeht ist ein Stein darauf Christus gestanden/ wie er ist zu Himmel gefahren/ darinn hat er getretten mit den füssen wie in schnee. Obiter addo, *medin*, *maidin*, vel *maiet*, esse genus numismatis argentei, quatuor circiter albos nostrates valens, uti *Heberer* testatur *Itinerar. lib.* 2. *c.* 10. Medin ist eine gantz silberne Müntz/ in der grösse eines Dreykreutzers/ aber viel dicker/ und der schlag darauf Arabische Schriften und Buchstaben/ ist allzeit eins auf zween Batzen wehrt.

XIX. Decimus fuerit *Albertus Comes de Lövvenstein & Dominus in Scharpffeneck*, qui unà cum aliis multis Nobilibus [quos inter etiam *Henricus Hermannus Schutzsper*, *dictus Milchling*. *Hassius* & *Georgius Köhne dictus Iasky* Dantiscanus fuerunt] in Palæstinam profectus anno 1561. & post lustrata loca terræ sanctæ ac montis Sinai, dum reditum parat, Alexandriæ in Ægypto, propter Arabem quendam in itinere à Janitzaro (quo viæ duce utebantur) ebrio, inter

Roset-

Rosettam & Alexandriam lethaliter vulneratum, captus cum comitibus & ægrè non sine multo ære liberatus, atque ita domum anno sequente tandem reversus, *itinerarium* à se conscriptum ac sorori inscriptum edidit, cujus *cap.3. Vol.cit. part.1. pag.358.* hæc inter alia legas. Darnach seind wir kommen zu dem ort und berg/der Oelberg genant/ da Christus gen Himmel gefahren/ auch noch der fußstapff des rechten fusses allda augenscheinlich gesehen wird.

XX. Undecimus sit *Iacobus Wormser* Senior, Nobilis Alsatus, qui Venetiis se comitem adjunxit itineris in Palæstinam suscepti dicto Comiti de Löwenstein anno eodem 1561. & unà cum ipso captus Alexandriæ, casum hunc suum & facti circumstantias, ut & alia quæ memoratu digna observavit, memoriâ prius solùm notavit & postmodum *itinerario* descripta edidit, in quo *Vol.cit.part.1.pag.408.* hæc habentur. Nachmals sind wir auf den Oelberg kommen/an das ort da Christus ist gen Himmel gefahren/ ist ein runde Capell und haben die Türcken auch ein sondern Gottesdienst darinn/ und siehet einem alten Schloß gleich/ und sihet man die fußstapffen noch eigentlich/ wie Christus ist leibhafftig gen Himmel gefahren. Nicht weit davon hat es ein alt Hauß/ darinn sich allerhand frembde Nationen gehalten.

XXI. Duodecimum produco *Salomonem Schweiger*, qui anno 1577. cum *Ioachimo à Sintzendorf* Legato Cæsareo Constantinopolin profectus, polt exactum ibi integrum triennium, anno 1581. ulterius in Orientem abiit, ac lustratâ Ægypto, Palæstinâ & Syriâ in patriam agri Wurtembergici redux factus, Pastor tandem fuit Noribergæ, atque præter Alcoranum ex Italico in linguam Germanicam translatum, etiam *Itinerarium* luci dedit, cujus *lib.3. cap.36.* hæc extant. Den 10. May [nempe anno 1581.] haben wir den Oelberg besichtigt. Diß ist ein sehr hoher lustiger berg / gleichwohl steinigt und kahl/ darauf zu höhest ein kleines Capellein wie ein gartenhäußlein / in welchem die Christen nur auf den halben theil gehen dörffen/ den andern halben theil haben ihnen die Araber zugeeignet. Aber ich weiß nicht auß was andacht. In diesem Capellein findt man mahlzeichen zweyer fußstapffen eines blossen menschenfuß in einen zarten stein gehauen auf ebenem boden/ welche Christus zum zeichen seiner Himmelfahrt soll hinterlassen haben.

XXII. Decimustertius in medium prodit *Nicolaus Christophorus Radzivil*, Dux in Olika & Nyeſwieſz &c. Polonus, qui anno 1583. votivam ſuſcepit in Palæſtinam peregrinationem, & iſtius hiſtoriam quatuor Epiſtolis Polonicè comprehendit, quæ poſt ipſius felicem in patriam reditum, in Latinam linguam translatæ, *Thoma Tretero* Cuſtode Varmienſi interprete, ac ſub titulo *Hieroſolymitana peregrinatio Illuſtriſſimi Domini Nicolai Chriſtophori Radzivili*, &c. editæ in fol. *Brunsbergæ apud Georgium Schönfels*, 1601. Hic *Epiſt.* 2. *pag.* 82. ita de iſtis veſtigiis ſcribit. *Ex Bethania profecti ſumus ad dextram verſus Montem Oliveti. Eſt is cumprimis altus: in cujus medio apparent veſtigia villæ Bethphage, quam exignam fuiſſe liquet. Relictis hîc aſinis aſcendimus ſummitatem montis, è quo Chriſtus ad cœlos aſcendit. Erat antea hoc ipſo in loco Eccleſia per Divam Helenam fabricata, quæ planè eſt diruta. Nunc habent hic Turcæ Moſchæam parvam rotundâ formâ conſtructam, in cujus medio in ſaxo eſt ſacrum veſtigium pedis Chriſti Salvatoris, quod in cœlos aſcendens reliquit. Hoc Turcæ plurimum venerantur & exoſculantur. Aliud pedis alterius veſtigium diviſa petra, Turcæ ad templum Salomonis tranſtuliſſe dicuntur. Nobis in porta hujus Moſchææ ſtantibus, fuit conceſſum ſacrum hoc ſignum intueri, quod ab ipſa porta quatuor circiter cubitis eſt remotum. Antea licebat Chriſtianis intus ingredi & locum ſacrum exoſculari. Sed quia tum officium Caddi adminiſtrabat; cùm ſuæ religionis obſervantiſſimus eſſet, nec peregrinos in parietibus loci hujus Cruces depingentes tolerare poſſet, ante duos annos, ſub pœna capitis edixit, ne quis Chriſtianorum amplius eò ingrediatur. Itaq; in foribus ſacelli orantes plenam Indulgentiam conſequuntur. Sapius idem Caddi ad locum hunc ſacrum accedebat, eumque ſingulari quodam modo venerabatur.*

XXIII. Hæc in ipſo textu hujus itinerarii leguntur. Verùm editor, vel quisquis demùm ille fuit, in margine ſequentia adjunxit: *Anno 1596. permiſſum jam fuit intus ingredi Chriſtianis: quorum unus ſacerdos pius, teſtis oculatus, affirmat, veſtigium ſiniſtri pedis, in ipſo petræ cacumine, quod acuminatum, nec dividi, nec alterius pedis capax eſſe potuit, optimè conſpici. Probabile etiam eſt, aſcendentem Dominum, ſiniſtri tantùm pedis veſtigium pro ſigno in terris reliquiſſe, dextro jam angelis ſuperimpoſito.* Quæ obſervatio non comparet in verſione hujus Itinerarii Germanica, quam *Laurentius à Borkau* Nobilis

bilis Prutenus adornavit, adeoque sine dubio posterioribus demum editionibus accessit.

XXIV. Addo decimumquartum qui hæc coràm inspexit *Iohanneus Helfrich*, Civem Lipsiensem. Is anno 1595. Orientem peragravit, atque in *Itinerario* suo *Vol. cit. part.* 1. *pag.* 716. sic de vestigiis istis loquitur: Von dannen haben wir uns gewandt zurück / und auf der seiten den Oehlberg hinauff geritten / da sind wir kommen zu dem ort da Bethphage soll gestanden seyn / allda sieht man viel verfallene rudera und alte zerbrochene gebäu. Von dannen sind wir vollends auf die höhe des bergs geritten / allda auf der spitzen des berges eine kleine Capellen gefunden / welche außwendig mit einer steinern mauer umfangen. Diese Capelle ist in einer ründe gebauet / in der weite hat sie zwantzig schuhe / ist sonsten gar circkelrund. An diesem ort soll das hauß gestanden seyn / darinn Christus vor seinen Jüngern gen Himmel gefahren. Dann mitten in dieser Capellen liegt ein weisser marmorstein / in welchem ist eingedrückt ein natürlicher fußstapffen eines rechten fusses. Diesen halten sie heilig / küssen ihn mit grosser reverentz. Denn sie zeigen an daß solches sey ein fußstapffen des HErrn Christi. Hier ist auch zu wissen daß die Mohren diesen ort innen haben / pflegen auch gewöhnlich drinnen zu beten / wohnen auch viel arme Mohren da umher. Denn als wir dafür kamen und hinein begehrten / da wolten sie uns keines wegs hinein lass n / wir musten ihnen zuvor zween Majeren zahlen. Als sie diese hinweg hatten / hätten sie uns lieber dafür geschlagen / denn daß sie uns solten hinein lassen / dieweil wir aber der Stadt Hierusalem so nahe waren / dorfften sie sich nichts unterstehen. Quæ conveniunt cum narratione Radziviliana, & docent, exclusionem illam Christianorum usque ad annum 1595. durasse, & sequenti demum anno sublatam fuisse, alio fortè Cadi i.e. Judice constituto.

XXV. Claudat denique agmen testium ex recentioribus *Bernardinus Surius*, Minorita Recollectus, Commissarius terræ sanctæ & S. Sepulchri (ut loquuntur] Præses annis 1644. & tribus sequentibus. Is in Belgium reversus, *itinerarium* in lucem emisit belgicè, sub titulo, *Den godtvruchtighen pelgrim ofte Jerusalemsche reyse, in dry boecken bedeylt*, cujus *altera editio* in octavo prodiit *Bruxellis apud Ioh. Mommaert anno* 1653. Hic, si quisquam, diligenter & exquisitè locum illum & decantata vestigia inspexit, & descripta reliquit.

Unde

Unde juvabit eundem, peregrino licet idiomate & prolixiùs loquentem, audire. *Op het hooghſte* [inquit] *van deſen bergh in het midden van een ſchoone pleyn, ſtaet de plaetſe daer onſen Salighmaker viertigh daghen naer zyn glorieuſe verryſeniſſe in de tegenvvoordigheyt van zyn H. Moeder, Apoſtelen ende ander gheloovighe ten hemel op gevaren is. Op deſe plaetſe vvas eertyts een groote ende ronde kerke gheſticht, vvaer van nu alleenlyck den Autaer, eenighe batamenten, ende een deel van de buyten-mueren ſtaen, hebbende in haer ronde oft begryp hondert ende dertigh ſchreden: a dit is de kerke, de vvelcke nimmermeer dack noch vvelfſel en heeft vvillen lyden; maer boven altyt is opengebleven, niet tegenſtaende, Dat menſe heeft vvillen ſluyten: vvant het ghene dat de konſtighe handt toe maeckte, vvird terſtont door mirakel afgevvorpen: het vvelck Chriſtus dede, op dat de menſchen deſe openinghe ſiende, ſouden in-dachtigh vveſen ſynder vvonderbare Hemel-vaert, ende hem met d' affectie naervolghen.*

XXVI. *Int midden van deſe oude muragien is nu tegenvvoordigh een koſtelycke acht-kantige Capelle van vvitten marmer-ſteen gheboutvt, hebbende in haer ronde binnen's muers vier & tvvintigh ſchreden, ſteunende op acht bogen van denſelven ſteen, vviens pilaren met haer pedeſtalen ende capitteelen naer Doricks-vverck ſeer konſtigh geſneden zyn: Boven vvelcke pilaren ſchoone leyſten uyt-ſteken, vvaer op de kartouſen ligghen, draghende een hooge ſteene lanterne, van acht ronde venſters, nu tegenvvoordigh toe gemetſt: ſo dat heden-daeghs deſe Capelle geheelick boven toegemaeckt is. De deure ſtaet Ooſt-vvaert, hebbende in haer brede drie, ende ſeven voeten in de hooghde. Acht voeten binnen deſe Capelle een vveynigh naer den Zuyden ſiet-men de punt van de levende ſteen-roſe, tvvee voeten langh, ende anderhalven breed, binnen drie marmere verheven ſteenen geſchloten, in den vvelcken den ſlincken voet-ſpore onſes Salighmakers gedruckt is, gelyck en vveeck vvachs, met den teenen nae den Noorden gekeert: ende niet tegenſtaende dat de Pelgrims van denſelven met hamers ende beytels eenighe ſtuckskens hebben gebroken, nochtans is door mirakel in ſyn geheel gebleven. So veel belanght den rechten voet, de Turcken hebben hem door orden van den Baſcha uyt den ſteen geſaegt, ende in hunnen*

a *S. Ieron. de Locis Heb. Act. Apoſtol. Paulin. ad Severum Epiſt. 11.*

hunnen Tempel een eerlyke plaetse gegeven, vvasschende denselven, (gelyck zy selver ons verhaelt hebben) met vvel rieckende vvateren, ende hem vercierende met schoone bloemen. In dese Capelle hebben sy oock een Mosquit *in de muer gemaeckt, naer de Zuyd-zyde, daer sy ettelycke lampen hanghen, als zy daer hun devotie doen. Hier en staet genen Autaer in, noch ander kerck-vercierssel, als den voetspore van onsen Heere; den vvelcken eenen menssch kussende, voelt in zyn ziele ick en vveet niet vvat soetigheyt, met een begeerte Christum te vvillen naer-volghen.*

XXVII. Verùm satìs, ut arbitror, & explicata fuit hæc traditio, & confirmata testimoniis tam veterum, quibus *Baronius* potissimum innititur, quàm recentiorum. Vertamus nunc vela, & auctoritatem ac fidem horum testimoniorum expendamus, ne nubes illa testium, ut videtur, fucum cuiquam faciat, ut existimet, haud posse falsum subesse illi quod tantâ asseveratione, quasi de manu in manus traditum, asseritur.

XXVIII. Initium autem meritò facimus à Scripturâ & loco Prophetico *Zach.* 14. *Stabunt pedes ejus in die illâ supra montem Olivarum, qui est contra Hierusalem ad Orientem.* Hunc *Baronius* huc refert loco supra §. VI. citato, & simul notat, ex situ montis Olivarum ad Orientem Hierosolymæ, *eam consuetudinem ad posteros esse dilapsam, ut Christiani ad Orientem conversi precarentur, ut Athanas. lib. quæst. q.* 14 *sit auctor.*

XXIX. In quibus non uno modo à *Baronio*, Annalistâ meliore quàm Interprete Scripturæ, est erratum. 1. Insignem hanc loci istius esse παρεμφυνείαν patet. Nam si veteres audire noluissent; *Theodoretum, ad h. l.* hanc stationem pedum explicantem de victoriâ Romanis sub Vespasiano & Tito contra Hierosolymam militantibus à Christo datâ ex eodem loco unde in cœlos ascendit: aut *Hieronymum, ad h. l.* pariter ista figuratè accipientem, & monentem, hæc & similia quæ in Scripturis ἀνθρωποπαθῶς dicuntur & carnaliter continentur, dignè Deo esse accipienda, atque stationem hanc pedum Domini de stabili quadam misericordia erga arbores justitiæ ex Gentibus & Judæis exponentem: Saltem suum audivisset *Marianam in Scholiis ad h. l.* qui vult, stationem illam pedum in monte Oliveti notare, quòd Deus de proximo Judæis, sive temporibus Ptolomæi Lagi, sive Antiochi

Epiphanis, sit auxilium laturus: aut *Corn. à Lapide*, qui licet *ad h.l.* vestigiorum illorum ex *Adrichomio* meminerit, tamen non ausus fuit sensum loci eò extendere, sed contentus literaliter hæc ad auxilium Judæis contra Antiochum ferendum, & anagogicè ad deturbationem AntiChristi & ultimum judicium, referre. Quæ si *Baronio* visa fuissent, non ad illam conjecturam de vestigiis pedum Christi esset delapsus, aut non satis aptè posita emendasset.

XXX. Nam 2. ponamus *pedes* hîc esse *pedes Christi*, uti *Cyrillus Alex. ad h.l.* disertè affirmat. Quæ consequentia, à statione pedum ad impressionem vestigiorum? Annè omnis qui in aliquo loco stat, ideo vestigium impressum relinquit? Nihil hinc tale elici potest, si vel hic locus de ascensione Servatoris loqueretur. Quod tamen à mente Prophetæ alienum. Rectè *Calvinus ad h.l. Scio hæc omnia allegoricè exponi, quòd scilicet Christus apparuit in monte Olivarum, cùm ascendit in cœlos; deinde quòd divisus mons ille fuerit, ut esset permeabilis & transirent Apostoli in diversas mundi plagas, ut ita expugnarent omnes gentes. Sed argutiæ istæ sicuti multis placent, ita ubi quis propius eas expendet, parum firmæ sunt. Ego igitur simplicius accipio quod dicit Propheta, nempe manum Dei fore satis conspicuam, ubi succurrere volet miseræ & afflictæ Ecclesiæ.*

XXXI. Sed & 3. quando *Baronius* existimat, *secundùm rationem situs* montis Olivarum ad Orientem Hierosolymæ *eam consuetudinem ad posteros esse dilapsam, ut Christiani ad Orientem conversi precarentur*, atque in hanc rem *Athanasium* citat autorem, fallit & fallitur. Quòd enim ipsam consuetudinem attinet, verior longè est illorum sententia, qui hunc ideo antiquitùs morem introductum volunt, non solùm quòd Christus crucifixus occidentem, id est, ab oriente spectarit, atque ita ab adorantibus in Orientem quasi suspici possit, verùm etiam quia uti fulguris ab Oriente in Occidentem motus, ita magno illo extremi judicii die erit adventus filii hominis. Vid. *Selden. de Diis Syris, Syntagm. 2. cap. 8.* Quòd verò *Athanasium* spectat, leviculum est & librario adscribendum, hæc ex *lib. quæstionum* citari tanquam *qu.* 14. habeantur, cùm *quæst.* 37. exstent. Gravius & tanto Antiquitatis promo indignum, quòd à mente ejus toto cœlo aberratur. Hoc ut perspicuum evadat, verba *Athanasii Tom. 2. pag.* 344. ex edit. Paris. anni 1627. utut prolixiora, expendenda proponam.

XXXII. Sic ergo quærit sibique respondet: Τίνος χάριν προσκυνοῦμεν οἱ χριστιανοὶ κατὰ ἀνατολὰς, καὶ οἱ Ἰουδαῖοι κατὰ νότον; Ἀπόκρισις. Οὐ μία [δὲ] ὁμοία ἡ περὶ τούτου [ἀπόδειξις καὶ] ἀπόκρισις. ἑτέρως μὲν Ἰουδαίοις ἀπολογητέον, καὶ ἑτέρως Ἕλλησιν ἑρμηνευτέον. καὶ ἄλλως πάλιν περὶ τούτου χριστιανοῖς σαφηνιστέον. Ἰουδαίοις [μὲν] οὖν εἴπομεν, ὅτι τούτου χάριν οἱ πιστοὶ προσκυνοῦμεν κατὰ ἀνατολὰς, ὅτι ἁγίου Πνεύματος νομοθετήσαντος ἡμῖν διὰ Δαβὶδ τοῦ προφήτου εἰπόντος, προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον οὗ ἔστησαν οἱ πόδες σου Κύριε, καὶ ὁ προφήτης [δὲ] Ζαχαρίας διδάσκει αὐτοὺς λέγων· καὶ στήσονται οἱ πόδες Κυρίου εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν [κατ' ἀνατολὰς] κατέναντι Ἱερουσαλήμ. ὅθεν καὶ αὐτοὶ οἱ Ἰουδαῖοι ἐν Ἱερουσαλὴμ προσδυχόμενοι κατὰ ἀνατολὰς, προσεύχονται [εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν.] καὶ αὕτη μὲν ἡ πρὸς Ἰουδαίους δία βραχέος ἀπολογία. πρὸς δὲ Ἕλληνας ἐκεῖνο φαμὲν, ὅτι οὐχ ὡς ἐν ἀνατολαῖς περιγραφομένου θεοῦ κατὰ ἀνατολὰς προσκυνοῦμεν. ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ θεὸς φῶς ἀληθινόν ἐστί τε καὶ ὀνομάζεται· τούτου χάριν πρὸς τὸ φῶς τὸ κλισὸν ἀφορῶντες, καὶ αὐτὸ, ἀλλὰ τὸν ποιητὴν αὐτοῦ προσκυνοῦμεν, ἐκ τῶν λαμπροτέρων στοιχείων, τὸν [τῶν] πάντων στοιχείων καὶ τῶν αἰώνων [ὑπέρλαμπρον] θεὸν γεραίροντες οἱ ὀρθοὶ ἀκούσωσαν καὶ μανθανέτωσαν· ὅπερ τούτου χάριν οἱ μακαριώτατοι κατὰ ἀνατολὰς τὰς τῶν χριστιανῶν Ἐκκλησίας προσέχειν ἐποίησαν, ἵνα πρὸς τὴν παράδεισον ἀφορῶμεν, ὅθεν καὶ ἐξεπέσαμεν, πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἡμῶν πατρίδα καὶ χώραν, αἰτούμενοι τὸν θεὸν καὶ δεσπότην, ἀποκαλύψαι ἡμᾶς ὅθεν ἐξωρίσθημεν. εἰς νότον δὲ προσέχειν Ἰουδαίοις οἱ προφῆται ἐνομοθέτησαν, διὰ τὸν ἐκ νότου τῆς Ἱερουσαλὴμ ἥξειν ἐκ Βηθλεὲμ μέλλοντα τίκτειν Κύριον. διὸ καὶ ἔλεγεν ὁ προφήτης. ὁ θεὸς ἀπὸ Θαιμὰν ἥξει, τουτέστιν ἐκ νότου.

XXXIII. Quæ in versione Latinâ, (cujus *Reuchlinus*, *Ampelander* & *Lampadius* authores feruntur) ita leguntur expressa: *Quæ causa quod adoramus ad mundi plagam Orientalem, & quare hoc faciunt Judæi versus Austrum? Responsio. Non unum & par de his potest dari responsum. Iudæis enim quibusdam respondendum, & quibusdam ex Græcis exponendum negotium, denig; Christianis etiam quæ causam hanc concernunt, declaranda veniunt. Atque Judæis quidem respondemus, quòd eam ob causam qui fideles sumus adoramus ad Orientem, quòd Spiritus Sanctus per Davidem Prophetam præcepit qui dicit: Adoremus ad locum ubi stetere pedes Domini. Quod si Iudæus objiciat: Ubinam stetere pedes Domini? Zacharias propheta docet: Cùm, inquit, in Oriente pedes Domini stabunt in monte Olivarum è regione*

Hierusalem. Unde & Iudai qui sunt Hierosolymis adorantes, versus Orientalem mundi plagam adorant, ad montem videlicet olivarum. Et hoc quidem breviter Iudæis responsum esto. Quod ad Græcos, respondemus, quòd non ideo adoramus ad Orientem, quod in eâ parte mundi Deus aliquo modo circumscriptus habitet: sed quia Deus lux est vera dicitur q3, eam ob causam ad creatum istud lumen conversi, non illud quod creatum est lumen, sed ejus luminis creatorem adoramus, & ex elemento omnium splendidissimo, omnium elementorum splendidissimum Creatorem Deum veneramur. Audiant verò fideles & discant, quòd sancti Apostoli Christianorum Ecclesias ideò jusserunt Orientem versus suas fundere preces, ut ad Paradisum, unde excideramus, respicientes, suppliciter à Deo petamus & à nostro Domino, ut in antiquam nos patriam & locum unde excidimus restituere velit. Ad Austrum verò intendere Iudæis Prophetæ præceperunt, quòd ex Austro, quoad Ierusalem, scilicet ex Bethleem, nasciturus erat Dominus, ideo dixit Propheta: Deus ab austro veniet, hoc est à noto, qui dicitur Theman.

XXXIV. Lubens textum Græcum simul & versionem oculis subjeci, quoniam peccatum est in hâc non uno loco, seu illa interpretum fuerit ἀβλεψία, seu fraus interpolatorum. Mitto ista, *Quòd si Iudæus objiciat: Ubinam stetere pedes Domini?* quæ in Græco non comparent, cùm ad sensûs elucidationem sint adjecta. Plus momenti in eo, quòd pro versione Græcâ substituat Vulgatam, quamvis differat. V.g. in loco Psaltis pro, *ubi stetere pedes Domini*, reddendum fuerat *ubi steterunt pedes tui ô Domine.* Et sic in Zacharia vertendum: *Et stabunt pedes Domini in monte Olivarum, qui est ad Orientem è regione Hierusalem.* Ita in sequentibus, dum interpunctionem pro libitu mutavit, sensum diversum intulit. Mens enim Athanasii sic exprimenda. *Unde & ipsi Iudæi qui sunt Hierosolymis, adorantes versus orientem, ad montem Olivarum adorant.* Quod quomodo differat ab eo quod Interpres posuit, pòst patebit. Denique quærere lubet, quo jure οἱ μακαριώτατοι i. e. *beatissimi* sint præcisè *sancti Apostoli?* Nam si ad traditionem provocet, quòd ritus iste orandi versùs Orientem Apostolis originem debeat, unde constat, etiam *Athanasium* id credidisse? Neque enim soli Apostoli beatissimi fuerunt. Quæ obiter arbitratus sum monenda.

XXXV. Jam ut oſtendam, *Baronium* à mente *Athanaſii* aberraſſe, vix opus videtur. Faciam tamen breviter. Patet 1. quòd ad quæſtionem de adoratione verſus Orientem, diverſimodè, & aliter quidem Judæis, aliter Græcis ſeu Gentilibus, aliter Chriſtianis reſpondeat, adeoque duæ priores reſponſiones, ad hominem ſint comparatæ tertia verò demum genuinam iſtius ritûs originem ex ſententia *Athanaſii* exhibeat. Ideoque & 2. evidens, quòd quæ ex Pſalmo 132. & Zach. 14. producit pariter per modum ἀπολογίας Judæis opponat, vitio ſibi verti non poſſe quod Orientem verſus adorent, cùm juxta Pſal. 132. adorandum ſit ubi ſteterunt pedes Domini, ſteterint autem pedes ejus in monte Oliveti, & hîc verſus Orientem Hieroſolymæ ſitus ſit. Ergo hoc ipſo ſi verſus montem Olivarum adorandum, etiam verſus Orientem adorandum. Antecedens autem ipſorum Judæorum Hieroſolymis habitantium conſuetudine confirmat, qui propter ſitum montis Oliveti, dum Orientem verſus adorent, & ipſi cogantur hoc ipſo verſus montem Oliveti adorare. Atque ſic 3. malè ad Chriſtianos à *Baronio* referri quod *Athanaſius* Judæis tribuit, præſertim cùm paulò pòſt aliam tradat rationem propter quam ritus orandi versùs Orientem inter Chriſtianos obtineat, nempe ſitum Paradyſi verſus Orientem.

XXXVI. Sed mittamus *Athanaſium* & ad alia progrediamur teſtimonia antiquorum, quibus *Baronius* illam *de veſtigiis pedum Chriſti* traditionem ſtabilire conatur. Primus inter illos *Hieronymus* eſt, qui eam, *de locis Hebr. Act. Apoſtol.* agens, retulerit & approbarit. Hoc teſtimonium, quamvis, ex hypotheſi, ſit autoris quarti demum ſeculi de re quæ ante aliquot ſecula contigerat, tanti tamen viſum eſt, quod miror, ſummo Viro *Iſaaco Caſaubono*, ut *ſub fin. Exerc.* 16. ſcriberet: *Miraculum de ſanctis Domini veſtigiis priſtinum ſtatum continuò recipientibus, quicquid homines molirentur, propter conſenſum tot ſcriptorum, & in his magni Hieronymi, qui fuit oculatus teſtis, fide mihi quidem videtur digniſſimum?* Atqui ſcriptum illud, ſi non penitus ſpurium, ſaltem interpolatum, nec Hieronymum per omnia authorem habere, inde apparet, quòd ipſe Hieronymus in eo allegetur, ubi de *Smyrna* ſermo eſt. *Smyrna* (inquit) *civitas Lyciæ provinciæ in Aſia: cujus Lucas ita meminit: Et pelagus Ciliciæ & Pamphiliæ navigantes venimus in Smyrnam Lyciæ. Pro quo aliqui codices*

habent: venimus in Lystram quæ est in Cilicia. Porrò Hieronymus in libris Hebræorum nominum ponit Smyrnam, & interpretatur Amaram. Ponamus jam, ultima hæc ab aliquo interpolatore adjecta & cætera Hieronymi esse. Quis fidem præstabit, idem non in aliis, atque adeo ipsa illa *de vestigiis pedum Christi* traditione, factum? Nutat ergo & concidit autoritas primi & præcipui testis qui in hanc rem producitur.

XXXVII. Ad cæteros autem eò facilior responsio est, nempe esse partim sequioris ævi, ut *Beda*, qui septingentis ferè annis pòst vixit, ipso *Baronio* fatente; partim dubium, an ad hæc vestigia respiciant, uti in *Optato* planum; partim ex aliorum relatione loqui, ut *Paulinus & Sulpicius Severus. Dicitur* inquit Paulinus, quem tamen hæc accepisse à Melania illustri fœmina Romana *Baronius* existimat. Sed quorsum hi testes omnes faciunt? Non aliò quam ad fidem traditionis stabiliendam, nempe tale quid inde à quarto seculo creditum & traditum fuisse à pluribus. Verùm an ipsa hæc traditio veritati esset consentanea, aliis argumentis fuerat probandum. Concedi enim facile potest, esse locum in monte Oliveti, qui, post tempora Constantini Magni & illam Helenæ matris ipsius, in lustrandis locis istis Palæstinæ, quæ monumentis sacris illustrantur, curam singularem & superstitiosam, habitus sit definitè pro illo in quo steterunt pedes Domini antequam ascenderet. Etiam illud, conspecta in eodem loco inde ab isto tempore fuisse vestigia quædam pedum, sive lapidi aut rupi, sive terræ (neque enim conveniunt hîc relationes, ut mox videbimus) impressa. Quin insuper & hoc ex superabundanti, locum illum aliquando tegi non potuisse aut cum reliquo pavimento continuari. Tum denique, à loco vestigiorum suspicientibus in cœlum, lineo velut perpendiculari aperturam quandam æthereæ regionis luminosam apparuisse, patente hinc inde cœlo velut consciſſis marginibus, uti *Bartholomæus de Saligniaco* supra §. *XV.* narrabat. Inde tamen ullatenus sequi, vel illum locum ubi vestigia hodiedum apparèt, esse illum ipsum ex quo Servator in cœlum ascendit, vel hæc vestigia quæ conspiciuntur, pedibus ipsius Servatoris impressa remansisse, vel etiam in aliis circumstantiis traditionis miraculum esse, negamus.

XXXVIII. Nam 1. Qui factum, quòd nihil horum Evangelistæ commemorarint, nihil tale in Actibus Apostolicis exstet, cùm pro-

cul

cui dubio res adeo miraculosa aliquid contulisset ad fidem ascensionis Dominicæ confirmandam ? Imò cur ne quidem *Eusebius*, aut ipse *Nicephorus*, hujus rei mentionem fecerunt, qui alia de Servatore, de statua mulieris Hæmorrhousæ in Paneade, de literis ad Abgarum ac similia dubiæ fidei, studiosè tamen conquisita, olim retulerunt? Primus qui ista prodit post trium & amplius seculorum lapsum exstitit Pseudo-Hieronymus quidam, non ullo nisus teste antiquiore. Ast quid ait ille tandem? De vestigiis inquit, MONSTRANTUR De miraculo verò, quòd locus tegi non potuerit, UT PERHIBENT. Atqui monstrata fuisse hæc, ut hodie monstrantur, inde à temporibus Helenæ, perhibita etiam fuisse non sine assensu multorum, qui credulitatem existimabant partem devotionis esse, quàm lubentissimè largimur. Satis verò hoc esse ad confirmandam fidem rei tantæ, nec ipsi, ut puto, adversarii prudentiores concedent.

XXXIX. Quoniam 2. argumentum, quod nobis *Baronius* ipse supra §. VIII. suggessit, hîc meritò adhibemus. *Cùm eodem in loco (ut auctore Iosepho constat) Romanus exercitus sub Tito castra metatus sit, Hierosolymam obsessurus, non tantùm (ut in talibus accidere consuevit) levi terræ toties percalcatæ impressa non potuissent remanere vestigia, sed nec si certè lapidi fuissent insculpta, eadem aliqua ex parte integra apparuissent.* Quod certè miraculum augeret, si de eo prius & veritate horum vestigiorum, aliunde sufficienter constaret. Jam verò ubi id quod supponitur gratis, non nisi à posteriori miraculo confirmatur quod hypothesi falsæ innititur, manet hoc ipsum quod pro miraculi augmento habetur, ceu argumentum insigne quo ipsum prætensum miraculum evertitur.

XL. Præsertim quia 3. illi ipsi qui hanc traditionem omni modo stabilire conantur, eandem evertunt. Supra enim vidimus *Bernardinum Surium* §. XXV. ad antiquam illam Pseudo-*Hieronymi* & *Bedæ* traditionem provocantem, quòd scilicet ecclesia illa ubi hæc vestigia monstrabantur non potuerit tegi aut concamerari, cum quâ alteram illam *Paulini*, quòd locus ipse in quo vestigia apparent, *nunquam tegi marmore & paviri receperit, semper excussis Sole* [legendum videtur *solo*] *respuente, qua manus adornandi studio tentavit apponere*; malè confudit, addens, *id à Christo factum, ut homines hanc apertunam videntes, ascensionis suæ essent memores seq; affectu subsequerentur*.

tur. Atqui hic ipse *Surius* simul supra §. *XXVI*. disertè narrabat, locum nunc undiq; esse clausum, & eleganti sacello marmoreo tectum. Quare quæso nunc cessat miraculum? Quare postmodum locus tegi potuit & concamerari? Certè, si ratio illa antiquis decantati miraculi, & à *Sulpicio Severo* pingui quodam additamento, *de marmoribus in ora apponentium excussis*, aucti, erat hæc ipsa quam *Surius* affert, credendum est, velle etiamnum Christum homines suæ ascensionis memores esse & affectu sursum tendere. Quare ergo passus est, ut hic devotionis stimulus periret? ut intercluderetur conspectus aperturæ illius æthereæ regionis luminosæ, & cœlestis visionis, ex quâ bonus ille *Bartholomæus de Saligniaco* sibi tantas delicias fecit? Qui si unquam Opticam attigisset, aut quicquam audivisset eorum quæ Physici de chasmate tradunt, non tam facilis fuisset, ut rem nullius momenti scriberet *omnibus perfidis admirandam*.

XLI. Accedit 4. non unus quoad hanc traditionem dissensus, tam inter antiquiores & recentiores, quàm inter recentiores ipsos, idque non in circumstantiis quibusdam levioribus, sed in talibus, à quibus veritas ipsius traditionis dependet. Quid enim inde certi eruas constanter de hâc traditione credendum, ubi alii vestigiorum indefinitè meminerunt, ut *Rodolphus Suchensis, de Saligniaco, Seydlitz, ab Ehrenberg, Wormser, Schweiger, Radzivil*; alii utriusque pedis sed præcipuè dextri mentionem faciunt, ut *Breitenbach*, Fr. *Felix Fabri*, *Ecklin*; rursum alii vestigium dextri pedis tantùm commemorant, ut *Autor Itin. Alex. Com. Pal. Albertus Com. de Lövvenstein, Helfrich*; imò quidam contrà, solum vestigium sinistrum, idque ita ut dextrum penitus excludant, uti *Montevilla & Surius*, ac imprimis *autor notarum ad Itinerarium Radzivilianum?* Ponamus certè, difficile fuisse dignoscere, utrum dextri an sinistri pedis esset vestigium, & horum vestigiorum unum magis præ altero fuisse expressum, ut sic unus dextri, alter sinistri, tertius utriusque potuerit meminisse; quid facias illis qui utriusq; vestigii indefinitè mentionem fecerunt, si verum, quod *Sacerdos ille pius, testis oculatus* supra §. *XXIII. affirmabat, vestigium sinistri pedis in ipso petræ cacumine, quod acuminatum nec dividi, nec alterius pedis capax esse potuit, optimè conspici; & probabile, ascendentem Dominum sinistri TANTUM pedis vestigium pro signo in terris reliquisse, dextro jam angelis superimposito?*

Imò

Imò quâ ratione hunc cum *Surio*, etiam ſacerdote & teſte oculato conciliabis ſupra §. *XXVI.* narrante, *Turcas dextrum pedem juſſu Baſſæ ſerrâ lapidem diſſecantes abſtuliſſe & eidem in templo ſuo locum honeſtum conceſſiſſe eundem lavantes (ut ipſimet retulerint) aquis odoratis ſimulq; floribus ornantes*, ſi credere fas eſt? Valde enim hæc ſcilicet cum cæremoniis Turcicis conveniunt.

XLII. Quòd ſi verò recentiores hos peregrinatores cum antiquis illis *Baronio* laudatis teſtimoniis, *Hieronymi*, puta, *Paulini*, *Severi*, *Bedæ* conferas, tum demum fraus evidentius pateſcet atque locum hîc quoque habebit illud Servatoris: ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε *Joh. IV.* 22. Hi enim conſtanter affirmant, veſtigia hæc *molli terræ* eſſe impreſſa. Illi contrà, *rupi* aut *lapidi*. *Ultima veſtigia Domini HVMO impreſſa* Pſeudo-*Hieronymus* narrat, *cumque terra eadem quotidie à credentibus hauriatur; nihilominus tamen eadem ſancta veſtigia priſtinum ſtatum continuò recipere.* Juxta *Paulinum*, *in tota baſilicæ ſpacio ſolus ille locus in ſui CESPITIS ſpecie VIRENS permanet & impreſſam divinorum pedum venerationem calcati Deo PVLVERIS perſpicua ſimul & attigua venerantibus ARENA conſervat.* Ita *Severo*, *calcati DEO PVLVERIS adeo perenne documentum eſt, ut veſtigia impreſſa cernantur: & cum quotidie confluentium fides certatim Domino calcata diripiat, damnum tamen ARENAM non ſentire.* Nec aliter *Beda*, *in cujus medio* (inquit) *ultima Domini veſtigia, cœlo deſuper patente, ubi aſcendit, viſuntur: quæ cùm quotidie à credentibus TERRA tollatur, nihilominus manent.* Et tamen *Baronius*, parum ad iſta attendens, ſtatim ſubjicit. *Porro LAPIDEM illum, qui Domini continebat impreſſa veſtigia* &c. Quaſi PULVIS & LAPIS idem forent. Ita *lapidis* cui veſtigia ſint impreſſa diſertè meminerunt recentiores illi quos citavi ferè omnes, *Montevilla*, *Breitenbachius*, *Fabri*, *Autor Itiner. Alexandri Com. Palatini*, *Seydlitz*, *Schweiger*,, *Radzivilius*, *Helfrich*. Quin *petram* dicit *Barth. à Saligniaco*, & *vivam petram*, *Surius*, in cujus cacumine veſtigium ſiniſtri pedis extare, cum Sacerdote illo ad quem *autor Notarum ad Itiner. Radzivilianum* provocat, idem *Surius* affirmat. Imò *alabaſtriten* eſſe qui in medio ſacelli jaceat, & exhibeat veſtigium, *Helfrich* ait: & *lapidem magnum* dicit *Seydlicius*. *Surius* autem *cacumen petræ vivæ longitudine duorum pedum & ſeſquipedis latitudine tribus*

eminen-

eminentibus marmorum segmentis inclusum exiare, autor est. Quæ quomodo inter se concilient, ipsi viderint.

XLIII. Saltem videtur utraque pars miraculum, sed diversimodè, in his vestigiis quæsiviſſe. Antiqui in eo, quòd arenæ aut pulveri aut terræ impressa vestigia manserint nec confusa fuerint sive vento, sive obambulantium impressione, præsertim cùm Romani Hierosolymam obsidentes castra in istis locis fuerint metati. Et ne quis fortè putaret, tecta fuisse lapide & sic conservata, adjici illud debuit, non potuisse locum illum tegi marmore, aut cum reliqua stratorum parte pavimento continuari. Recentiores verò istius fabulæ mangones, cùm cernerent tractu temporis visum iri impossibile, vestigia illa in nudo solo fuisse conservata, tutiorem existimarunt ad lapidem recursum, quoniam & inde miraculum, calcatum fuisse lapidem ut vestigium reciperet, quasi id nivi foret impressum, uti *Joh. ab Ehrenberg* supra §. XVIII. loquebatur. Fortè etiam succurrit Christum petræ in sacris conferri, 1. *Cor. X.* 4. & Mosen gloriam Domini contemplantem, petræ insitisse cum Dominus ad eundem nube descenderet *Exod. XXXIII.* 21. 22. *& XXXIV.* 5. *coll.* Unde fabulæ aliquod ornamentum quæsitum.

XLIV. Quid ergo tandem? Id nempe, totum hoc quicquid est humanum esse commentum, ortum primò à studio Helenæ matris Constantini, erectis sacellis, statuis, aliisque monumentis conservandi memoriam eorum quæ in his aut illis locis Palæstinæ contigerant, in quibus determinandis conjecturâ fuit usa & traditione incolarum. Quæ cùm locum quoque ascensionis, tali aliquo monumento, expressis pedum vestigiis, signasset, ab aliis postmodum, quò major esset loci veneratio, frequentior concursus, largior eleemosyna, id ita venditatum & acceptum, quasi id ectypum foret archetypum, atque hæc vestigia pedibus ipsius Servatoris in cœlos ascendentis forent impressa. Et quoniam id contradictione spectantium haud vacabat, opus fuit varia miracula fingere, commentum variè interpolare, vestigia illa primùm ex nudo solo in lapidem, hinc in petram transferre, ut traditio sibi aliquo modo videretur constare, nec ab omnibus explodereiur. Huc facit, quòd *Schweigerus* αὐτόπτης, vir doctus & qui procul dubio diligentius quàm illi queîs superstitio oculos præstringebat hæc vestigia contemplatus est, supra §. XXI. testatus

ſtatus ſit, veſtigia iſta conſpici *molli lapidi in plano* INCISA. Concludamus itaque verbis Theologi inſignis, quæ Cl. *Heideggero* citantur *Anatom. Concil. Trid. pag.* 1143. *Quærant alii veſtigia pedum Chriſti, nos, veſtigia voluntatis: illa impreſſa lapidibus, hæc inſculpta cordibus: illa ſuſpecta falſi & ſolatium inane oculorum, hæc indubitatæ veritatis & remedium præſens animarum.*

COROLLARIA RESPONDENTIS.

1.

FUturo Logico & Philoſopho errorum & imperfectionum humanæ mentis in rebus cognoſcendis originem & cauſas inveſtigandas eſſe rectè cenſet *Cl. Clauberg. Log. Novantiq proleg. cap.* 1.

2. Harum verò *humanæ mentis imperfectionum* nomine non intelliguntur eæ, quæ ſpectant ad res *agendas*, id eſt, peccata & vitia moralia, de quibus corrigendis Theologorum atque Ethicorum eſt agere, ſed comprehunduntur iſto vocabulo infirmitates animi noſtri in rebus *cognoſcendis*, nempe quicquid in nobis eſt erroris, oblivionis atque ignorantiæ, quicquid in conceptibus noſtris eſt obſcuritatis & confuſionis, quicquid in judiciis falſi atque incerti, quicquid in argumentationibus malæ conſequentiæ.

3. *Errorum cauſæ* non modò in quolibet homine ſeorſim ſpectato reperiuntur; verùm etiam in vitæ ſocietate propter converſationem aliorum cum aliis ratio humana per omnem ferè ætatem multis modis corrumpi ſolet.

4. Ab iis itaque ut liberemur & meliora diſcamus, vel per nosmet ipſos, vel per alios fieri oportet. Hinc Logica rectè dividitur in GENETICAM, *quæ mentem humanam ducit ad rectam formationem ſeu γένεσιν ſuarum cogitationum*; Et ANALYTICAM, *quæ mentem dirigit ad convenientem reſolutionem ſeu ἀνάλυσιν alienarum cogitationum.*

5. Logica GENETICA non malè ſubdividitur in GENETICAM ſtrictè ſic dictam, *quæ docet, quomodo quis ſuas cogitationes in rebus percipiendis, judicandis, memoriaque retinendis rectè poſſit formare*; Et GENETICAM HERMENEVTICAM, *quæ res benè perceptas, judicatas, memoriáque retentas aliis communicandi modum tradit.*

6. Nec mala quoque est subdivisio Logicæ ANALYTICÆ in ANALYTICAM HERMENEVTICAM, *quæ alienarum cogitationum & conceptuum genuinum sensum & veram aut oris mentem percipere docet*; Et ANALYTICAM κατ' ἐξοχὴν dictam, *quæ verum à falso, consequens ab inconsequente &c; in sermone interno cognoscere docet.*

7. Ens rectius dividitur in *Substantiam & attributum*, quàm in *Substantiam & Accidens.*

8. *Substantia* est res per se subsistens.

9. *Attributum* autem, quod rei inest.

10. Malè vulgò apud Logicos exulat *doctrina de attentione* paranda, cùm Logices propriè officium sit remedia adversùs *inconsiderantiam* suppeditare.

11. Aurea *bonæ methodi lex* est, ut à facilioribus incipiamus, atque inde paulatim & quasi per gradus quosdam ad cognitu difficiliora progrediamur.

12. Summa judicii regula est, ut nil nisi sufficienti perceptione præviâ judicemus, neque non satis perceptis temerè assentiamur.

13. Nomina rebus imponuntur, non propter ipsas, sed tantùm ut cogitationes nostras, de iis explicemus.

14. *Calor, color, odor, sapor & sonus*, quatenus spectantur ut in nobis, sunt variæ perceptiones, ex variis corporis motibus oriundæ. Atque hoc sensu *Ignis non est calidus. Glacies non est frigida. Rosa non habet odorem. Fel non est amarum. Mel non est dulce.*

15. Crucem Christi veram ab Helenâ repertam esse, fabulosum existimo, & hinc festum *Inventionis* frustra in Papatu *III. Maji* celebrari.

16. Rerum contingentium datur necessaria cognitio.

17. Tralatitia *hominis* definitio, quâ definitur *animal rationale* non est bona, sed peccat contra præcipua bonæ definitionis requisita.

18. Melior autem hæc: *Homo est res ex mente finitâ & corpore organico composita.*

19. *Enunciatio de tempore præterito & futuro* vera fit propter *enunciationem veram de tempore præsenti.*

20. Ut sensus orationis inveniatur. 1. habenda est *ratio Autoris loquentis* ut sua cuique secundùm justitiæ legem sententia tribuatur. 2. *adquem sermo dirigatur*, & quomodo conveniat Autori talis per-

perſonæ intuitu loqui. 3. quoque attendenda venit *materia*, de quâ agitur, *finis* & *ſcopus*, *lingua* ejus & *ſtylus*, nec non *ubi* & *quando* loquatur, denique *animus* loquentis.

21. Probè itaque in Philoſophia diſtinguenda ſunt, quæ *dubitans* author loquitur, ab iis, quæ *decernens*, quæ *modeſtiæ* causâ, ab iis, quæ ut Philoſophus *cordatè* definit, quæ *vulgo indulgens* ipſius ore effert, ab illis, quæ in *rigore Philoſophico*, quæ de accuratè *perſpectis*, ab iis, quæ de nondum examinatis aut ſaltem nondum *penetratis*.

22. Scientia *de nihilo* eſt feliciſſima.

23. Virginitas non eſt ſpecies caſtitatis, adeoque hoc nomine non major in ſtatu virginitatis caſtitas, quàm in conjugali.

24. Romam ab Arnulpho Germaniæ Imperatore leporis curſu captam eſſe ridiculum quidem, ſed verum eſt. vid. *Sigebert. Gembl. ad ann. 900. & Rupert. obſerv. ad Hiſtor. Vniverſ. Synopſ. Beſold. minor.*

25. Non ſolùm in eo erramus, quòd exiſtimamus tale quid eſſe in re, quale quid verbis repræſentatur; verum præcipuè etiam, quia talia putamus ac tanta eſſe in rebus, qualia & quanta ſunt vel in mente, vel in corpore noſtro, vel in utroque ſimul, vel denique propè & circa nos. Valde itaque erravit bona illa materfamiliàs, quæ quoties ipſa non eſuriebat, ſimile putabat de reliquis domeſticis, negans opus eſſe præparatione cibi, quia non eſurimus, inquiebat. Et cives quidam Colonienſes, in quos illud jactari conſuevit, quòd *calefactæ* aſſidentes fornaci, corpore veſtimentis contra vim frigoris probè munito, dicere ſoleant, leniorem eſſe hyemem, frigus aëris remiſiſſe.

26. Enunciatio illa, *Deus neceſſariò exiſtit*, habet certitudinem moralem & phyſicam, eſtque ſuo modo de omni, habet quoq; certitudinem metaphyſicam, eſtque per ſe & univerſaliter primùm, ideoque magis neceſſaria hâc, *binarius eſt par.*

27. Certum eſt, nihil eſſe crudelius, quàm quod homines appellant ſuaviſſimum, Amorem, non obſtante quod illum quis vocet *l'ame de l'ame.*

28. Hiſtoriam ad ſolam contemplationem legere, inanis & ociosa voluptas eſt, quæ absque fructu tranſit; imitari autem laudatos olim viros, vera & publica eruditio cenſenda eſt.

29. Modo tradendi ſcientias *per meras definitiones ac diviſiones* nec patrocinantur antiqui, neque enim in ſacris literis, neque in Pa-

tribus antiquis, non in Platone, Aristotele, Seneca, Cicerone aliisve veterum perpetuus ejusmodi per definitiones ac divisiones omnia tradendi modus animadvertitur. Nec ei favet Logica; ut nec ipsæ humanæ mentis convenit naturæ, quæ gaudet ratiocinatione omniumque suarum facultatum exercitio; neque contenta simplice strictarum definitionum divisionumque apprehensione uberiorem rerum applicationem sententiarumque nexum firmiorem magisque naturalem desiderat.

30. *Plurimùm quoque certitudini ac soliditati scientiarum obest, quòd nihil ferè traditur vel scribitur, de quo non in utramq; partem disputetur.* Nam illo disputandi more mens humana sensim ad instabilem, eandemque perpetuam dubitandi ac fluctuandi rationem ita disponitur, ut veritatis indagatores pauci, oppugnatores multi reperiantur, & plures existant *Sceptici* quàm *Philosophi*. Meritò itaque rejicitur modus tradendi scientias

per meras disputationes.

MOntis Oliveti vestigia quærere Christi,
Ingenii lusus vel pius error erit.
Sin impressa sacris quæras vestigia libris,
Nullus aberrabis, res nec inanis erit.

Docti parentis filio
ad plenam doctrinam grassanti
CYRIACUS LENTULUS.

MEin Wehrter wil jetzund von Christi Füssen handeln/
Ob noch ihr bild im stein. Wann Christus selbst wird wandeln/
Und setzen festen fuß in seinem hertzen ein/
So sagt mir/ ob er dann nicht gnug gelehrt wird seyn?

Henrich Wetzel/ SS. Th. St.

VIx vivi VERBI vestigia vera videbis,
Vel variè veris volvere vana volunt.

Sic animitus amplectebatur dimidiatam animam

J. L. L. S. T. S.

HEtzet Herr Wetzel so ferner die Sinnen/
Wie Ihr itzt rühmlich den anfang gemacht.
Jederman lobet das gute beginnen/
Selbsten der Himmel jetzt freudenvoll lacht.

J. P. J Philos. Stud.

QUæris jam famam doctis extendere factis
WETZELI, hinc surgit gloria lausque Tibi.
Docto signa choro jam quæ proponis acutæ
Sunt mentis, gaude, Musæ & Apollo favent.
Perge, pio populo, patri, patriæque placebis,
Et tua laus crescet, crescet honorque tuus.
Hassiacæ gentis qui gloria magna futurus,
Vitam virtutis vive, vigéque vale.

Hæc pauca in honorem quondam Schmalcaldiæ nunc Marpurgi commilitonis charissimi apponit

JOH. V. KERSTEN. H.H.

JOHANNES HENRICUS WETZELIUS,

Anagramma

I sanè, ô hinc verus zelus venit!

Epigramma.

I, *sanè*, quod monstrat, iter, tibi Musa, tenendum,
O! certè *hinc verus zelus*, amice, *venit*!

Προσφώνησις.

QUid strepitis census? quid clarum nomen avorum?
Hi quæ fecerunt, vix ea nostra puto.
Ecquid imaginibus, quid avitis fulta triumphis
Atria profuerint? quidve Parentis opes?

Quid

Quid proavi titulus? quid patrua stemmata prosunt,
Si decus hoc generis degener hæres habet?
Nobile habere genus, clarisque parentibus ortum,
Id quædam, fateor, gloria laudis erit.
At, (procul hinc proavos) horum, quos propria virtus
Nobilitat, sanè gloria major erit.
Non etenim census, non inclyta fama Parentum,
Sed probitas magnos, ingeniumq; facit.
Omnia cùm pereant, est virtus sola perennis,
Hæc immortales reddere sola potest.
Hoc benè perpendens, WETZELI, fortibus ausis
Ingrederis, virtus quod tibi pandit, iter.
Atque novâ clarum virtutis luce laboras
Illustrare genus, nomen & omen habes.
Gratulor ergò tibi, cæptis feliciter insta
Mox capies studii præmia digna tui.
Sic modò perge, precor, clarumque imitare Parentem,
Et sic Te cœlis inseret artis honos.
Apprecor, ut clarô præclaræ lumine mentis
Clarius illustres Teque Tuumque genus!

Ita Pereximio Dn. Respondenti
festinante calamo applaudere voluit
JOHANNES ENGEL/Phil. Stud.

Signa pedum Christi, disquiris, *ad astra meantis*
Monte in Olivifero num manifesta sient.
Plenum laudis opus: Te ingentis gloria cœpti
Hinc manet, à Christo conciliata Tibi.
Imprimet ille Tuo cordi vestigia sancta,
Quò rectè possis sacra secare vada.
Cœlicolæ Christi modo si vestigia, verbi
Optimus Interpres, tute, sequeris, eris.
Hoc opus, hic labor est. Te demum dico beatum,
Si facienda doces, sique docenda facis.

FINIS. F. F.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-547668-p0035-4

Dë 2511

ULB Halle
002 379 813
3

VD17 VD18



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-547668-p0038-1

6.
18

HISTORICA

IGIIS

CHRISTI

OLIVETI.

,

HRISTO,

ID E

ANDREÆ,

jusdemque Extraor-

Ordinario, Professore,

cario,

ilosophorum,

is antemeridianis,

ptationi submittit

WETZELIUS,

ENSIS.

ATTORUM,

EWITZII, Acad. Typogr.

CLXXVI.

238.